



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 85. Patrum sententia per literas a Pontifice rogata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI adhucdum Tridenti hærentibus esse
A.C. 1547. imputandam dixit, eoquod hi nollent,
 vel potius prohiberentur Bononiam a-
 dire, ut ibidem de continuandæ Synodi
 loco cum ceteris Patribus deliberarent:
 nihilominus Papa per virum, quem a
 secretis habebat, nuntiari jussit, se
 cum Cardinalibus pro negotii gravitate
 deliberaturum, & in proximo Patrum
 Senatu responsa Mendozæ redditurum:
 Præterea cunctos, qui aderant, eodem
 tempore admonuit, ne Legati oratio,
 ejusque postulata in tabulas referren-
 tur, nisi prius Mendoza responsum sibi
 dandum percepisset, quo dato demum
 unicuique libere hac super re senten-
 tiam suam edicere liceret. Abeunte Lega-
 to Cardinales sententiam dicere a Papa
 rogati, una omnes convenere, causam
 ad Bononienses Patres esse referendam,
 eorumque arbitrio committendam, quod
 etiam Pontifex misso ad Patres diplo-
 mate quantocius perfecit.

§. LXXXV.

*Patrum sententia per literas a Ponti-
fice rogata.*

Pallav. l. 10. c. 8. n. 5. Præfatum igitur diploma die decima
 sexta Decembris transmissum ad Bo-
 nonienses Patres die decima octava e-
 jusdem mensis delatum est. In eo sum-
 mus

mus Pontifex recensitis omnibus hu-
 cusque gestis Montano Cardinali Lega-
 to suo præcepit, ut rem omnem Patri-
 bus exponeret, eorumque sententias
 quam celeriter Pontifici significaret.
 Montanus ergo, cum ex Cervini focii
 sui Romæ commorantis epistola hanc
 deliberationem discriminis plenam esse
 comperisset, ac insuper ipse Patrum
 nonnullos flecti nescios fuisset expertus,
 hinc Concilium necessario Romam esse
 transferendum censuit. Ex altera ve-
 ro parte satis probe prospexerat, liber-
 tatem omnino tuendam, omnemque
 violentiæ speciem sedulo esse præcaven-
 dam; nec enim ignorabat, quod non
 pauci diversis studiis, ac præcipue Cæ-
 sareæ indignationis metu incitati Syno-
 dum revocari desiderarent, invito licet
 Legato, qui verebatur, ne Cæsar, qui
 ex tribus duas Christiani Orbis partes
 suo dominio subjectas tenebat, tantam
 Tridenti potentiam, auctoritatemque
 exerceret, ut etiam Synodi, ac Patrum,
 quorum potissimi in urbe eidem obno-
 xia congregati, illius Imperio subicie-
 bantur, arbiter evaderet. Hæc Mon-
 tanus perscripsit ad Cervinum, qui ta-
 men eidem respondit, quod ipse idem
 periculum præsensisset, hujus tamen
 conventus discrimen facere oporteret,
 malis-

Sæcul. XVI.

A.C. 1547.

*Ex lit. Cerv.
 ad Mont. 21.
 Decemb.*

Sæcul. XVI
 A.C. 1547. malisque inde forte emerfuris strenue
 occurrendum effet.

§. LXXXVI.

*Legati sententia Bononiæ in Patrum
 conventu proposita.*

Pall. l. 10. c. 9.
n. 1. & 2. Postridie, quam Pontificis diploma
 Bononiam pervenerat, seu die de-
 cima nona Decembris Legatus ad ge-
 neralem Conventum Patres convoca-
 vit, ac præprimis mandata Cæsaris Ma-
 drutio Cardinali tradita prælegi iussit,
 postea vero Cardinalium, qui hanc in
 rem selecti erant, sententias recitari vo-
 luit, quæ a ceteris fuerunt approbatæ,
 eo duntaxat fine, ut deliberaretur, an
 Synodus Tridentum revocanda esset,
 vel an non id fieret: unde circa eandem
 quæstionem Pontificis diploma postre-
 mo proferri præcepit, ipse vero hæc
 subjunxit: *Mearum partium esse arbitror,*
ut in rei tam arduæ deliberatione profer-
rem in medium, quæ opportuna censerem,
ut omnes plenius edocerentur. Equidem non
modicam rationem reconciliationis Germa-
nice, ac postulorum Cæsaris, Ferdinandi
Regis, reliquorumque Germanicæ Ordinum
habendam censeo, ast non minus l. De Con-
cilii dignitate, ac futurorum exemplo cogi-
tandum est, nam cunctis sive præsentibus,
sive absentibus, exploratum manet, qua ne-
cessi-